

C A P. II.

In quo demonstratur quod in vniuersali meteororum utriusque mundi contemplatione duo in primis consideranda veniunt.

In vniuersali meteororum utriusque mundi contemplatione duo in primis consideranda veniunt, videlicet ipsorum	Sedes seu locus præcipuus vide A. Differentia generalis vide B.
--	--

A Mercurio Tis megisto, antistite profundissimo, haud inconsulte scriptum inuenimus, *munda* dum esse Dei: hominem autem mundi filium atque imaginem. Nam vt Deus mundi substantiam ex nihilo originaliter effecit, ita etiam hominem ex mundi jam creati materia conflauit, eius scilicet externum ex limo terræ, internum vero ex spiritu mundano, diuino, rationis & intellectus Dei formis spiraculo, tanquam dono preciosissimo prius exornato. Hinc ergo obseruamus, quod vt ingens spiritus Macrocosmici domus seu vas sit terra opaca, sine qua nullum in mundo sublunari perfecte mistum, ad complementum perduci potest, (est enim terra elementorum mundanorum simul atq; influentiarum cœlestium, imo vero & supercœlestium matrix) Sic etiam neminem latere potest, spiritum humanum simile sibi receptaculum vendicare, qui non aliter est influxum cœlestium atque supercœlestium receptaculum vehiculumque, quam aer elementaris in Macrocosmo. Vnde liquet, quanta & quam arcta & necessaria sit inter hos duos spiritus, & ambo hæc corpora, videlicet Macro & Microcosmi relatio; at vero, cum tam spiritus quam corpus minoris mundi ab illis maioris deriuenter, infallibiliter sequi oportet, tam spiritum in homine aereum atque æthereum, quam corpus ipsius opacum, ab illo mundi sustentari, soueri, ac omni momento in suo statu atque existentia permanere; atque etiam nexu inuiolabili, partibus mundanis, tam spiritualibus quam corporeis, adhærere, vt etiam morte aut compositi resolutione ab inuicem separari nequeant, vnde ab origine factum est, vt ægrotantibus maioris mundi elementis, quam citissime etiam inficiatur pars hominis tam aerea quam terrestris, quemadmodum in sequentibus accuratius describetur.

C A P. III.

De sede seu loco præcipuo, tam procreationis meteororum, quam seminariorum ipsorum receptionis in Macrocosmo.

A. Sedes seu locus meteororum præcipuus	Vbi procreantur	Generalis, est mare aeris sublunaris vniuersale. Particularis, est spiritus seu aer in	Terra mundana Corpore humano	Inclusus.
---	-----------------	---	---------------------------------	-----------

In quo tanquam vase seu Terra mundi. cuiuslibet influentia maxime proprio eorum seminaria in Corpus hominis cuiuslibet sentiæ atque seminarij impressionis matricis. recipiuntur sunt

Q Vi in meteororum inquisitione operam suam dederunt, duplicem fecerunt impressionum omnium materiam, vt iam antea memoratum habetis, vnam videlicet ex qua meteora fiunt, quam nos communis nominis aerem in aliam mutant formam, ipsi vaporem seu fumum dixerunt: